et ad religionē singulis vestrū. hoc dii ut decernatis efficiant. Sig-
ea duntaxat quae accusatorio iure psequebatur. accusavisset Eschines
ego etiam ad ea ipsa singulatim respondissem. verum cum ipse nō
pauciora verba in aliis rebus consumpserit, multaque ꝗ me mentitus
sit, iustum simul ac necessariū ēē arbitror, pauca de his pmitte-
re, ne forte quis vestrum illius verbis seductus, ea quae ipse dicā
parum benivole suscipiat. Ad ea igitur quae in pvatam vitam meā
contumeliose iactavit, videte ꝙ planissime iusteque respōdeā,
Si vos me talem ēē cognoscitis qualem ipse affirmat, (Neque enim
alibi ego vixi ꝙ apud vos). nulla sit mora etiā si rem p. plusꝗ
optime gesserim, quo minus me vestris sententiis condēnatis.
Sin autem multo meliorē ꝙ istum ac ex melioribus ortū et
ut nil molestius dicam, mediocribus civibus me ac meos nil
deteriores ēē putatis atque cognoscitis. huic ne aliis quidem fidē
adhibete. Constat enim ipsum omnia eodē modo ēē mentitū. mi
hi vero quam omni tpre benivolentiā in multis certaminibus p
stitistis. eandē nūc prestetis. Tu flagitiose Eschines stulte ho-
minem putasti. me iis quae in re p. gesserim relictis ad tua
maledicta totum converti. Non faciam certe id. non ita timeo.
sed pū ca prū presens persequi tabor. quae tu falso calumniatus es.
de maledictis autem impudentissimis si istud placebit postea dice-
mus. Crimina igitur multa sunt ac gravia et quorum pleraque le-
ges magnis atque ultimis vendicant penis. haec autem accusatio
eiusmodi est ut adversariū contumeliā procacitatē petulantiā
atque eiusmodi simul omnia contineat. Horum tamen si maxīe vera
sunt, non licere rei p. dignā penā accipere. Non enim decet
auferri ius ppłm adeundi, ñ modū nec malevolentie loco istud
ponere. Non enim, rectum ñ iustū ñ civile est viri athenien-
ses. Sed si ita pestifere in re p. versatus sum, ut iste nunc
clamitabat, legitimas penas ascribere debuit. si delatione digna
fecisse me cognoverat deferendo. si aliquid contra leges decrevisse,
de hoc ipso crimine accusando. et hoc mō in iudiciū me ipm voca-
re. Neque enim Ctesiphontē accusare debuit pro me, me autem
si accusare posse arbitraretur. illum nunquam in iudiciū vocasset. Atque
si quid ex his quae nūc tot verbis narrabat me fecisse intel-
ligebat, in omnibus quidem iudicia sunt atque leges quae magnas
ac parvas statuunt penas quarum omniū postulare me reum
postulare poterat. quod si faceret non occulta ēēt adversus
me accusatio. Hunc autem recta ac legitima via relicta et
iusto tempore per ipsas examine [illegible] vitato tot iam elap-
sis temporibus convitia et iurgia colligens me quidem accusat.
Hunc autem sententiis iudicium subiicit. et cū in totā hac cā
inimicitiā meā preese ferat, mihi tamen ipsi obviare nō vult.
sed alium quaerit quē pena afficiat. Profecto iudices preter
cetera quae quis pro Ctesiphonte dicere pot. hoc in primis atten-
dendū est quod inimicitiae nostrae par fuerat ipsos inter nos pe-
riculum facere. nō autem [illegible] inter nos contentione aliū quae-
rere quem malo afficeremus. ex iis igitur quae dicta sunt intel-
ligi pot universa haec crimina ñ iuste nec vere consistere. volo
autem singulatim ad unum quodque eorum respondere maximeque

Margin notes (left): i. scilicet | atque dicendi | atque narrabat | [illegible]
Margin note (right): [illegible] profecto [illegible]